

Episcopi Cannarum cum tota porcione que mihi de iure pertinet ex omnibus rebus meis stabilibus et mobilibus salvo Iure Iohannelle uxoris mee salvis et posterioribus que contingunt filiis meis Raoni Iohannis et tertia ex omni substantia subscipiente me vice Ecclesie Santi Apolinaris, non longe a Casali Santi Cassiani site que Ecclesia est de predicto Episcopo Tali conditione ut sive vixero sive moriero eadem mea oblacio omnino sit in potestate et dominio predictae Ecclesie Santi Apolinaris ad habendum possidendum et faciendum pars inde ipsius Ecclesie quod voluerit. Si vero vixero in predicta Ecclesia omnino vadam et ibi mee degeam. Guadium quoque eidem Episcopo domino dedi, astante cum eo in omnibus scriptis hiis honestatis causa Sante decoczza, me mediatore, ut numquam que predicta sunt modo quolibet removeam. Immo ab omnibus hominibus ea defendam Si contra hoc fecero penaliter Centum Regales auri nominate Ecclesie parti prebeam et que predicta sunt Invitus cuncta adimpleam. Et hoc scriptum scripsi Ego Riccardus notarius qui Interfui. Erat autem predictum Instrumentum signatum et subscriptum subscriptione Iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. Videlicet. † Guirrisius cartam Iudex probat hanc bene partam. † Signum sante Crucis, factum per manus Iacobi militis filii Rogerii. † Signum sante Crucis factum per manus, Rogerii militis f. maraldi. Petente itaque dicto domino Episcopo pro parte predictae Ecclesie Cannensis a nobis nostrum qui supra Iudicis et notarii super hoc officium Implorando ut predicta Instrumenta scripta nichil in eis et de eis mutato diminuto addito vel subtracto iuxta Iuris ordinem et morem exinde consuetum eidem domino Episcopo pro sui et dicte Cannensis Ecclesie cautela et omnia aliorum certitudine pleniori autenticare transcribere exemplare et in publicam formam reddigere deberemus eo quod idem dominus Episcopus pro parte dicte Ecclesie sua Interesse decebat, eo etiam quod idem dominus Episcopus timet et dubitat, predicta Instrumenta pro diversa loca ad que iturus est secum ferre nec causaliter amictantur et devastentur propter viarum discrimina et aliam forte causam, quod ad dampnum cedetur ecclesie memorate. Nos vero qui iusta petentibus nostrum non possumus officia denegare ipsius domini Episcopi iusta petitione admissa predicta Instrumenta et scripta nichil in eis et de eis mutato diminuto et addito vel subtracto ad ipsius domini Episcopi petitionem et tam sui quam dicte Ecclesie cautelam et omnium aliarum certitudinem sibi autenticavimus transcripsimus exemplavimus et presens publicum reddegimus documentum scriptum per manus mei predicti notarii signo meo solito signatum nec non, subscriptione mei q. s. Iudicis Iohannis et nostrum subscriptorum testium qui interfuimus subscriptionibus roboratum. Superius autem ubi legitur subscripta tria Instrumenta et scripta ac alibi ubi legitur licita et illicita, et ubi legitur Instrumenta et scripta abrasum et emendatum apparet nemini vertatur in dubium, quia ego inde notarius abrasi et emendavi non vicio set quia scribendo erravi. Quod scripsi ego predictus Clemens santoro publicus Baroli notarius qui predictis rogatus Interfui et meo signo consueto signavi (*Segno*). † Iohannes de Leone q. s. Iudex. *Segue il tabellionato. Le altre firme sono scomparse per corrosione*